



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

37. An si Prælaturs bona fide judicaverit causam dispensandi esse justam,
cum re vera non sit, valeat dispensatio? Ex p. 8. tr. 3. res. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

3. Hoc supposito ad quaestionem propositam negativè respondet Castus Palaus tom. 1. 11. act. 3. disp. 6. par. 8. §. 2. num. 4. vbi sic ait: Secundò temperant alij, nisi in potestate dispensandi exprimentur nomina eorum, quibus dispensatio est concedenda, nulla facta mentione cognitionis causæ, quia tunc dispensans censetur merus executor, & præsumere debet committentem certiorum esse factum de dispensationis causis, sic relato Felino, Speculatore, Garibay, docet Sanchez num. 6. At licet hoc sit probabile, mihi tamen probabilius apparet teneri cautus dispensationis inuestigare, quia absolute ipse dispensat. Quòd vero potestatem concedens nullam fecerit mentionem de causarum cognitione, non arguit omissionem esse, cum à iure ipso moveatur dispensans debere causas dispensationis examinare, id meritò Principes debebat supponere. Ita Palaus.

4. Sed opinionem Sanchez tenet nouissimè Merolla tom. 2. disputat. 4. cap. 6. dub. 11. numer. 205. cui ego addo Villalobos in summa tom. 1. tract. 2. diffinit. 41. num. 2. vbi sic ait. Insuper de sta conclusio, que in por la Bula se puede dispensar sin causa: como dice Soto, ni tampoco puede el Legado à latere dispensar sin causa: porque la autoridad que le dan para dispensar, es visio de la conforma à derecho: como dice Sanchez, despues de otros.

5. Hæc de aduertis, que quando el superior comete à su inferior, que dispense con alguno, sin hazer mencion de causa, enonces el inferior ex mero executor y dice presumir, quien le comete la dispensation, conoze la causa antes, y no viene que mereca en esso, como dice Gambara. Ita Ille. Vnde utramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. XXXVI.

An valida sit dispensatio à Prælato inferiori, bona fide dispensante in causa non iusta; & idè in tali casu, an tutus sit subditus, quamvis postea constet causam non fuisse sufficientem? Ex p. 1. r. 10. Ref. 33.

§. 1. Negatiuè respondet Salas de legib. disp. 20. section. 4. num. 35. & alij penes ipsam: quia bona fides non solet acta aliqui nulla reddere: & idè cognita insufficientia causæ non potest quis in foro conscientia huiusmodi dispensatione gaudere.

2. Sed opinio contraria probabilis etiam videtur, quam docet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 17. num. 8. vbi sic asserit: [Non valet dispensatio infertiois in lege superioris, licet sit aliquis causa; si tamen eam illegitimam esse constet: hoc tamen limitatum, nisi prudenter, ac bona fide iudicaret Prælati causam esse iustam; tunc enim credo valere dispensationem, licet verè non fuerit causa sufficiens: quia non est erendum, aliam esse Pontificis intentionem circa suas leges; & Dei circa suas: in quibus permittitur inferiori dispensare.] Quod clarè significat Azorius p. 1. l. 7. c. 29. §. 9. vbi hæc ait: Si Prælati aliquis bona fide lege ieiunij aliquem liberet putans causam esse iustam, relaxatio prodest: quia bona fide facta est. Ita ille. Et idè tutus erit subditus in tali casu, quamvis postea constet, causam non fuisse sufficientem.

RESOL. XXXVII.

An si Prælati bona fide indicauerit causam dispensandam esse iustam, cum reuera non sit, valeat dispensatio? Ex p. 8. r. 3. Ref. 20. Tom. 111.

§. 1. Negatiuè respondet Castus Palaus tom. 1. r. 3. disp. 6. punct. 8. §. 2. num. 5. vbi ita asserit.

Tertiò temperant, nisi bona fide inferior Prælati procedat, existimans adesse causam legitimam, cum tamen non sit. Quia non est credendum aliam esse Pontificis mentem circa suas leges, & Dei circa suas, siquidem hac ratione scriptulis obuiatur, & conscientia securè redduntur, & gesta à Prælati firma permanent: quæ omnia rectè Ecclesiæ gubernationi conducunt. Sic docet Sanchez lib. 8. disputat. illa 17. num. 8. cum Azorio lib. 7. Institut. moralium, cap. 29. quest. 6. contentis Iohannes Sanchez in select. disputat. 54. num. 39. At hæc limitatio mihi non probatur. Tum quia ad rectam gubernationem Ecclesiæ non pertinet firmare dispensationes, sine causâ, seu illas excusare, alias pertinere etiam ad rectam gubernationem, vt quoties dispensandi putarent bona fide nullam sibi dispensationem esse necessariam, validos actus efficerent, nulla adhibita dispensatione, & sic contrahentes bona fide in gradibus prohibitis validè contraherent: quod non est admittendum. Tum quia allegantes superiorum abque legitima causa dispensasse, audiuntur, etiam si superior bona fide procefferit; ergo signum est manifestum, bonam fidem dispensantis non firmare dispensationem. Ita Paulus, cui adde Pontium de Matrimonio libro octauo capite 14. numero octauo Bonaciam de legibus, dispensatione prima questione secunda puncto tertio numero octauo.

2. Non desinam tamen adnotare Merollam tom. 2. disputat. 4. cap. 6. dub. 11. num. 209. opinioni Sanchez affirmatiuæ adherere: non est enim humanum in his rebus semper attingere punctum æqualitatis, & idè non est verisimile, Christum, vel Pontificem concessisse hanc potestatem cum tanta limitatione, vt si in re ipsa non attingat veram æqualitatem, inuvalida sit dispensatio. Sufficit ergo, vt secundum regulas prudentiæ humanæ causa iudicetur proportionata: Confirmatur: quia non plus petit Christus Dominus à suo ministro, nisi, vt fideliter, & prudenter dispenset iuxta illud Matth. 24. & Luc. 12. Quis putat esse fidelis seruus & prudens. Imò neque inter homines plus requiritur vt gesta, vel dispensata ab aliquo economo, valida sint. Confirmatur secundò exemplo indulgentiarum; nam licet ad earum valorem, requiratur causa proportionata, seu æqualis effectui Indulgentiæ, vt dicunt magis communiter Doctores: nihilominus hæc æqualitas, seu proportio, non semper sumitur ex re ipsa, sed prout cadit sub prudentem electionem concedentis, id est; consistit in sola quadam prudenti æstimatione morali illius proportionis, quæ seruari debet inter medium, & finem, ita vt illa causa censetur adæquata Indulgentiæ, ad quam obtinendam, vel procurandam, hic, & nunc, pensatis omnibus circumstantiis, concessio talis Indulgentiæ, prudenter existimatur medium proportionatum & conueniens, vt bene probat Suarez tom. 4. in 3. part. disputat. 54. sect. 3. num. 8. & seqq. ergo sicut in dispensatione Indulgentiarum, satis est ad illarum valorem, vt causa sit prudenter existimata æqualis; à fortiori idem dicendum est de aliis dispensationibus, à Prælati Ecclesiæ concessis; hoc enim postulare videtur recta Ecclesiæ gubernatio, vt scriptulis fidelium obuietur. Et ita hanc affirmatiuam sententiam tenet etiam Reginaldus tom. 2. lib. 31. cap. 26. numer. 195. Vnde quando casus acciderit, putò non esse scrupulos iniciendos.

3. Vnde Villalobos tom. 2. r. 2. diffinit. 41. num. 3. ita asserit. Aduerte, que si el Prælado cum buena fe, pensando que ay causa legitima, dispensar, y de hecho

PLAINE
Omnia
NO. III. IV. V
E. III

Sup. hoc
p. 1. r. 3.
disp. 6.
punct. 8.
§. 2.
num. 4.
vbi sic
ait: Secundo
temperant
alij, nisi in
potestate
dispensandi
exprimentur
nomina eorum,
quibus
dispensatio
est
concedenda,
nulla
facta
mentione
cognitionis
causæ,
quia
tunc
dispensans
censetur
merus
executor,
&
presumere
debet
committentem
certiorum
esse
factum
de
dispensationis
causis,
sic
relato
Felino,
Speculatore,
Garibay,
docet
Sanchez
num. 6.
At
licet
hoc
sit
probabile,
mihi
tamen
probabilius
apparet
teneri
cautus
dispensationis
inuestigare,
quia
absolute
ipse
dispensat.
Quod
vero
potestatem
concedens
nullam
fecerit
mentionem
de
causarum
cognitione,
non
arguit
omissionem
esse,
cum
a
iure
ipso
moveatur
dispensans
debere
causas
dispensationis
examinare,
id
merito
Principes
debebat
supponere.
Ita
Palaus.

de verdad no la viese, toda via valdria la dispensacion, como seria en la ley de ayuno, como dice Azor. *Es la razon; porque conviene assi al buen gouerno para quitar escrúpulos; y desta manera se cree que tienen los Prælados inferiores potestad para dispensar: porque como es cosa moral, no ha de consistir en indispensable; y es dnda el subdijo se al de suetar al iuzio del superior, como queda dicho.*

RESOL. XXXVIII.

An quando inferior dispensat in lege Superioris, possit imponere aliquod onus ei cui dispensatur?

Et quid si Episcopus dispenset super aliqua irregularitate orta ex delicto?

Et an quando ipsemet legislator dispensat in lege sua, tunc, si dispensatio non est debita, sed gratia, possit imponere aliquod onus ei cui quo dispensat? Ex p. 8. tr. 1. Ref. 22.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Castus Palau tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 10. num. 4. vbi sic ait: Quod si dispensans inferior legislator sit, & in lege superioris tibi concedit dispensationem, probabilis existimo non posse sub onere aliquo, & pecuniaria multa illam concedere. Sic Sotus 4. dist. 28. quest. 1. art. 2. vers. 6. his. Ludouicus Lopez 2. part. instruct. de matrim. cap. 39. §. sed si quis. Thomas Sanchez lib. 3. de matr. disp. 10. num. 9. & lib. 8. disp. 14. a num. 2. Ioannes Sanchez in select. disp. 54. num. 40. Probatur, quia ad illud onus, & pecuniariam multam obligari non potest ex contractualiâ redolere simoniam, si ob dispensationem tibi concessam in lege imponeretur obligatio pretio æstimabilis. Neque etiam ex lege præcedenti obligari potes, quia inferior non valet legem præexistentem ad aliam materiam extendere, neque de nouo legem, aut præceptum imponere. Vnde enim constat talis potestas.

2. Quod si dicatur a legislatore illam habere, eo quod debet præsumi legislatorem concedere potestatem dispensandi in lege, proxi melius ipsi videbitur, absolute, vel miscendo computationem. Negamus id posse præsumi, aliâs præsumi posset datam esse potestatem inferiori commutandi superioris legem, in aliquod opus piû, quoties viderit subdito conuenientius esse. Quocirca inferiori Prælo solum committitur potestas relaxandi legem causa iusta intercedente: at subrogandi loco illius aliam, nullo modo. Ita Palau; cui adde Sancium in selectis, disputat. 54. num. 40. Fillucium tom. 2. tract. 10. part. 1. capite 5. numer. 21. & alios penes ipsos quibus ego libenter adharco.

3. Nota tamen affirmatiuam sententiam docere Syluestrum, Amillam, Tabienam, Angelum, & alios Doctores, quos adducit Merolla tom. 2. disput. 4. cap. 6. dub. 12. num. 216. sed ipse merito ibi negatiuam sententiam docet. Nec obstat dicere, quod ex nostra sententia sequeretur, omnes Prælatos, seu iudices Ecclesiasticos esse damnandos, qui dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eis permisso, imponunt aliquam multam pecuniariam per modum cuiusdam contumationis. Respondeo, esse non damnandos; tum quia inantuntur sententiæ probabilis grauissimorum Doctorum, dicentium, id esse licitum. Et ad rationes pro nostra sententia adductas, posset responderi, id posse prædictos Prælatos ex tacita commissione Pontificis. Nam eo ipso, quod Episcopis, tanquam ordinatis ea potestas conceditur, censetur etiam concessum, vt vel integrè dispensent, vel aliqua commutatione admitta.

4. Limitatur nostra sententia, nisi Episcopus dispensaret in aliqua irregularitate orta ex delicto: tunc enim posset imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, non per viam commutationis partialis, sed in penam delicti. Quando verò ipsemet legislator dispensat in lege sua: tunc si dispensatio non est debita, sed gratia, poterit imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, vt colligitur ex cap. licite de ser. Quia, cum non teneatur legem relaxare, poterit illius obligationem in alia materia subrogare. Secus verò si dispensatio est debita, onus imponi non potest, Ita Ioannes Sanchez disputat. 54. select. numer. 40. & alij, sed vt dixi, negatiuam sententiam sequor.

RESOL. XXXIX.

An dispensatio inferioris in propriis legibus absque causa sit valida?

Idem dicendum est, quando Superior, vel aequalis Successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel aequalis prædecessoris: Et quid si Episcopus in Synodo Diocesana, vel Archiepiscopi in Synodo provinciali dispensant sine causa?

Et quid de Legato Apostolico, qui plenam habet à Pontifice potestatem, an prouide eius dispensatio sine causa etiam data sit valida? Et additur Episcopum regulariter loquendo non posse dispensare sine causa in sua lege, quando illa transisset in contractum. Ex parte octaua, tractatu tertio, Resol. 26.

§. 1. **Q**uoad primum respondeo: validam esse illam dispensationem, quia militat eadem ratio, quæ in Pontifice respectu suarum legum, tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria, à qua sola vim habent leges illæ. Et hanc sententiam sustinent Panormitanus in cap. at si clerici, §. de adulteris num. 10. de iudic. & ibi Decian. in noua edit. num. 98. Felinus num. 6. Alexander de Neuo num. 16. Angelus verb. Beneficium; num. 22. Syluester verb. Dispensatio; quest. 13. num. 19. Nauarr. in summa cap. 25. n. 74. & cap. fin. n. 4. de simon. Azorius l. 5. institui. moral. cap. 15. quest. 3. Salas de legibus, disput. 20. sect. 4. num. 47. & alij quos refert, & sequitur Sanchez lib. 8. de Matrimon. disputat. 17. num. 27. qui bene addit num. 28. cum Nauarro in summa, prælat. 9. num. 15. & Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 56. sect. 2. num. 11. idem dicendum esse, quando superior, vel æqualis successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris. Quia in voluntate superioris est quando eminenter inferioris voluntas, & successor æqualis reputabatur quasi eadem persona, ratione eiusdem officij.

2. Et idem, præter Doctores citatos hanc sententiam tenet cum aliqua limitatione etiam Granadus in tract. 3. part. 2. disputat. 17. sect. 3. num. 27. vbi sic ait. Inferur validam esse dispensationem, quam sine causa exhibet Prælati superioris legi inferioris, quando simpliciter, & absolute est inferior? vt sunt Episcopi comparatione Summi Pontificis, & Synodus comparatione Episcopi; habet enim cuiusmodi Prælati plenam authoritatem erga subditos sui inferioris. Secus verò dicendum est de Archiepiscopo respectu legum Episcopi suffraganei, quia non est absolute superior, sed solum in quibusdam casibus, Similiter nullus Episcopus dispensare potest valide sine causa in legibus Concilij Provincialis: hoc enim constat ex multis Episcopis, quorum authoritas maior, & suo modo superior est auctoritate superiorum

Sup. hoc in fra in tr. 4. Ref. 7.

Sup. hoc in fra in Ref. 41. recurren in principio

Sup. hoc in fra in Ref. 41. recurren in principio